1015. f. 9

IN
Certamen Musicum
AD
FONTES TUNBRIGIENSES
Die *Veneris Julij* 9. 1697.
EX TEMPORE.

CUm primum *ſacras Clio* potaverat *undas*,
Rettuleratq; Domum pota *Thalia* pedem;

Bellicus, ecce, repentè ſonus mihi percutit Aures:
Aures arrexit quæq; Camæna ſuas. *Virgil.*

Et Certamen erat, *Corydon* cum *Thyrſide* magnum,
Quærebat ſummum *Miles uterq;* locum.

Nec tantum *plectris* certant Cythariſq; canoris,
Muſicus ad pugnam corripit Arma ferox.

Jamq; volant *lapides*: *gladij* ſtringuntur acuti.
Et *Tuba pugnandi* bellica *ſigna* dedit.

Nullus jam *concentus* erat: *Symphonia* nulla:
Pugnaq; Tibicinum *ſanguinolenta* fuit. * *Ovid.* Rara † eſt concordia Fratrum.

Inter † *Fidicines* * rara eſt *concordia* † *Fratres*
Immunis *belli* nullus in Orbe locus.

† Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων.
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ. Heſiod.

JOS. PERKINS.